
“MAGISTER PHAN HOANG et TUUS CONVENTS”

“Tigridis anno, 2010, singulis mensibus epistulam ad tuum conventum mittam. Da, quaeso, eas ad tuos condiscipulos et, si vis, eas in tuam linguam transfer. Laetus opera tua ero.”

Epistula m. APR. a. 2010

DE MIRIFICI LACUS PROVOCATIONE

MEADOWGLEN, OTTAWA, die Veneris 19 m. Mar. a. 2010

Amici cari,

Ver , laetitiae et spei tempus est. Ex Mexico redii, dum nix glaciesque liquescit. Tum glaciei massae de Rideau deiectu -in urbe Ottawa- decidebant in flumen magno cum strepito. Multas imagines photographicas feci ut eas in situ interretiali (www.vovietjournal.org) in PowerPoint Show formato videatis. Deinde ad me vestras considerationes vel alias imagines photographicas mittite, quaeso. Hoc meum indicium est: gmphanhoang@vovietjournal.org. Qui primus aliquid huic rei simile mittet, **illi aliquid donabo**. Ut mensis Aprilis LAETUS vobis sit, roboris et fecunditatis plenus, vota facio . In nostro situ interretiali PPS exercitationum TICH-THIEN invenies, ad hoc tempus anni aptorum.

Nunc ad proximas litteras de **Lacu mirifico** in Mexico redeo.

Per iocum mensuram huius miri lacus inire volui. Ex parvo litore, unde profectus sum, totum lacum non vidi; itaque oculis metitus non eram eius circuitationem, Praeterea nullum iter vel semita erat. Quodam sabbato, matutino tempore, hunc ludum, i. e. metiri lacum, incepti. Una ludi ratio fuit: quod legeram immutabile erat. Decrevi ut graderer; mille post passus (500 m.) consistere ut meas exercitationes facerem et etiam novies respirationes; duo milia post passus (1 chil.) consistere et formam facerem. Si rationem neglexissem, lacus vicisset.

Saepe in hoc parvo et solitario litore, in neminem hominem incideram, sed illa die strepitum equitum tolutim currentium audiui. Paulo post, a quattuor iuvenibus equitibus cinctus sum. Solus gradiebar, meum baculum ‘yet-bong’ in manu tenens. Illi me superaverunt, litus circumierunt, denique, equis admissis, tam veloces quam apparuerant, abscesserunt. In pulveris nube mansi. Tunc vidi eos equos non stratos habere. Tunc cupii ut equum haberem, ut litus circumirem vel me coniungerem cum iuvenibus equitibus in casu mirifico audacique. Paulo post de monte Ba-Vi recordatus sum: duodecim Vietnamitici montani, pueri et senes, equos non stratos habentes, in ordine in medium montem ubi, ut omnibus notum erat, multi feri tigrides vivebant, procedebant, tenentes in manibus hastas vel longa bacula. Illo tempore puer undecim annorum eram. Ex urbe veneram ut meis oculis altos Vietanmiticos montes silvasque pluviales perviderem. Subito firmitas adepta in pueritia paene oblitterata rediit, dum in ignotum solum Miri Lacus progredior. ‘Nihil terribilis in Mexico est: nam tigrides et leones in hac regione non vivunt’ cogitavi. ‘In Mexico autem dracones sunt’. Repente haec cogitatio in meam mentem occurrit. Solus inermisque in vastitate Mexici eram!

Cum nulla semita vel callis circumdaret lacum, quietus progressus sum duo chilometra. Post primum chilometrum formam Bai Di-Xa feci; mihi lacus recte meam mentem –i.e. pergere ire - interpretari visus est. Post secundum chilometrum lacus avium infinituam multitudinem, ut me percuteret, misit. Aves se ad numerum moverunt vivaces infra nubes. Eruperunt et e meo conspectu evolaverunt temporis puncto per fabulosum caelum. Lente Thap-Bat-Dieu – i. e. XVIII avium formam – etiam atque etiam feci, deinde quietus abii.

Paulo post iter difficilius factum est, cum semita umecta esset et amniculus per eam interfluebat. Saxa in vado lubrica videbantur. ‘Istac transire possum’ – cogitavi – ‘sed nullam formam faciam, cum locus tam quietus quam insidiosus est’. ‘Possum verum laeva amniculi flectere, ut tertium chilometrum complem, postea eum transire’. Sollers consilium, sed improbum! Alterum consilium occurrit: brevissimum Quyen invenire, ubi artista martialis stans, non calcitrat. Cari amici, est! Recordatus sum de brevissima forma, cui nomen est ‘*Bai Dau-Viet*’ i. e. Latine ‘*Quinque accentus*’. Firmus in medio amniculo steti et formam incepti. Dum formam *Bai Dau-Viet* facio, baculum ‘yet-bong’ de manu cecidit. Statim reprehendi, sed in aquam cecidi.

Perdideram ! Lacus primum certamen vicerat. Hic fuit diei exitus: in cauponam Mexicanam El Cielo in Zona Rosa sitam ii, ubi novorum collegarum Mexicanorum circulo et ‘Mexican Vodka’ *tequila* delectatus sum. Quo loco Mexicane Hispane verbum ‘*Si*’- i. e. Latine ‘*Ita*’ - non numquam ‘*Minime*’ valere inspexi!

Valete,

Magister Phan-Hoang,
Viettaichi, Chi-Kiem, Vietvodaio Internationalis Princeps
gphanhoang@vovietjournal.org
yovietblackbelt@yahoo.com
VIET-CHI POST N, 48, m. Apr. a. 2010